Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Y ERE

cant. Demmaiunt triticum: et spinas
messuerunt hereditatem acceperunt:
et non eis proderit. Confundemini a fru
ctibus uestris propter iram furoris domini. Hec
dicit dominus ad uisitis uicinos meos
meos pessimos qui tangunt hereditatem quam tribui populo meo is
rahel. Ecce ego euellam eos de terra
eorum: et domum iuda euellam de me
dio eorum. Et cum euulsero eos. reuer
tar: et miserebor eorum: et reducam eos in
uirum hereditatem suam: et uirum
in terram suam. Et erit si euidentes didi
cerint uias populi mei. ut iurent in
nomine meo uiuit dominus. sicut
docuerunt populum meum iurare in baal:
edificabuntur in medio populi mei. Quod
si non audierint: euellam gentem illam
euulsione: et perditione ait dominus.
Ca. xii.
Hec dicit dominus
ad me. Vade et posside tibi
lumbare linteum: et pones illud
super lumbos tuos: et in aquam non inferes
illud. Et possedi lumbare iuxta uer
bum domini: et posui circa lumbos
meos. Et factum est sermo domini ad me secun
dum. Tolle lumbare quod possedisti
quod est circa lumbos tuos: et surgens
uade ad euphraten. et absconde illud
ibi in foramine petre. Et abii et ab
scondi illud in euphraten. sicut preceperat
mihi dominus. Et factum est post
plurimos dies. dixit dominus ad me. Su
rge uade ad euphraten et tolle inde lum
bare quod preceperam tibi ut absconderes
illud ibi. Et abii ad euphraten et fodi: et
tulli lumbare de loco ubi absondi eam
illud: et ecce putruerat lumbare: ita
ut nullo usui aptum esset. Et factum
est uerbum domini ad me dicens. Hec
dicit dominus. Sic putrescere faciam
superbiam iuda. et superbiam iherusalem mul
tam. et superbiam eorum pessimam: qui nolunt
audire uerba mea. et ambulant in pra
uitate cordis sui. abierunt post
deos alienos ut seruirent eis. et ado
rarent eos: erunt sicut lumbare il
lud quod nullo usui aptum est. Sicut
enim adheret lumbare ad lumbos
uiri: sic adglutinauimus mihi omnem
domum iuda. et omnem domum israel
dicit dominus: ut essent mihi in populum
et in nomen. et in laudem: et in gloriam: et non audie
runt. Dices ergo ad eos sermonem
istum. Hec dicit dominus deus israel.
Omnis lagunculla implebitur uino.
et dicent ad te. Numquid ignoramus
quod omnis lagunculla implebitur uino:
Et dices ad eos. Hec dicit dominus.
Ecce ego implebo omnes habitatores
terre hui. et reges qui sedent de stir
pe dauid super thronum eius. et sacer
dotes. et prophetas. et omnes habitatores
iherusalem ebrietate: et disperdam eos uiros
a fratribus suis: et patres et filios pariter ait
dominus. Non parcam. et non ignoscam.
neque miserebor: ut non disperdam eos.
Audite et auribus percipite: nolite ele
uari quia dominus locutus est. Da
te domino deo uestro gloriam antequam
obscurescat: et antequam offendant pe
des uesti ad montes caliginosos. Et
pertabitis lucem: et ponet eam in
umbram mortis et in caligine. Quod
si hec non audieritis: in absconsis
ploradit anima mea. a facie sui
superbie ploans ploradit. et deducet o
culus meus lacrimam: quia captus
est grex domini. Dic regi et domina.
Humiliamini sedete: quia descendit
de capite uestro corona gloriae uestre. Ci
uitates austri clause sunt: et non est
qui aperiat. Translatus est omnis
iuda transmigratione perfecta. leuate